





Q. D. B. V.  
DE  
**SUPREMO OR-  
PHANORVM TVTORE,**

<sup>Pom</sup>

**Über = Wormund.** 1722, 1.

Occasione

Nov. 72. Praefat.

**EXERCITATIO SABBATHINA XII.**

Partis Posterioris

Quam

SUB PRÆSIDEO

**DN. SAMUELIS FRIDERICI**

**WILLENBERG/**

Doct. & Prof.

IN ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO  
ORDINARIO,

D. XVIII. April. MDCCXXII. Hora XI.

Instituent

RESPONDENS

**JOHANN HIERONYM. BROEN, Ged.**

ET OPPONENTES

CHRISTIAN HARTMANN Schröder / Ged.

JOHANN. CHRISTIANUS Leßlaff / Trept. Pom.

---

**GEDANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,  
SENATUS ET ATHENÆI TYPGRAPHI.**

Omnia quidem Legislatori Reipublicæ in magna cura sunt, quemadmodum optimè se habeant, & peccati nihil relinquatur: præcipue autem instrumenta minorum, & qua circa eos curatio est, studiosa cura est eis, qui proferendi Leges à DEo licentiam percepérunt; dicimus autem de eo qui imperat.

### Conspectus.

Deus vult curam haberi orphnorum, eamque ipse suscipit. Imagistratus eum imitatur, qui idem facit. II. exempla eorum, qui id fecerunt. III. qualis sit magistratus pro impuberibus tutela. IV. comprehenduntur sub ea minores & vidua. V. qui apud Romanos jus dandi tutores habuit? VI. qui id hodie habent? VII. in specie in Germania, Anglia, Polonia, Prussia? hi omnes sunt supreni tutores. VIII. seq. quodnam ejus officium circa constituendum tuto? X. quodnam circa constituum, quo ad impuberis personam? XI. quodnam circa ejus bona? XII. a tute administrante rationes exi-

genda. XIII. quando is reus sit injuriarum erga pupillum? XIV. ad eorum suspectum accusandum quilibet admittitur XV. & nemine accusante magistratus debet ex officio contra suspectum procedere XVI. tam divitum quam pauperum orphanorum curam debet habere magistratus XVII. Sæpe reus sit magistratus negligi hujus officii XVIII. Jure civili & adhuc hodie contra eum datur actio subsidiaria XIX. et si difficilis contra eum executio, in conscientia tamen obligatus est ad damnum pupilli sarcendun XX. neglectus orphanorum grave apud DEum peccatum est. XXI.

### I.

**O**rphanorum singularem & diligentem curam habendam esse, ne quâ in re lœdantur, DEus non tantum diversis in locis SS. inculcat Deut. XXIV. 17. Esaiæ 1. 17. Jerem. XXII. 3. Zachar. VII. 10. Mala. III. 5. & improbat, si causa pupilli non judicetur Jer. VII. 28. Jobi VI. 27. sed & ipsum pro illis intervenire hoc ipso testatur, quod se Patrem pupillorum appellat Psalm. LXVIII. 6. & minetur, si nulla in miseria sint clamaturi ad eum, quod utique

utique auditurus sit eos, & accensa ira sua affigentes gladio  
occisurus, liberosque eorum redditurus orphanos *Exod. XXII.*  
*22.* qvini eos tristi maledictione eversurus, qvi pervertunt ju-  
ra pupillorum *Deut. XXVII. 19.* Qvam curam orphanorum  
jure merito supremam dixeris, qvia illius est, qvi summus  
est rerum omnium arbiter.

II. Magistratus, qvi in his terris DEI vicarii sunt, si aliquia  
in re imitatione ad eum proximè accedere volunt, certè in  
hac vel maximè illi conformes fieri possunt. Et hoc ut fiat,  
ab illis tam Ecclesia qvam Reipubl. salus exigit. Utriusque  
enim seminarium impuberes sunt, qvorum imbecillis actas,  
qvae imperita & multorum captionibus est exposita, ac ad  
vitia prona, ut probè instituatur, sana ratio dictitat, &  
omnium penè Historicorum monumenta, pariter & libri Ju-  
ris auctorum testantur, semper pupillos Legumlatoribus cu-  
ræ cordiqve fuisse.

III. Exemplo Imp. M. Antonini hoc comprobatur, qvi  
hanc in rem novum Prætorem creavit, qvem Tutelarem di-  
xit, & Atheniensium, qvi certos οἱ φανοφύλακες habuerunt,  
teste Xenophonte. Idem Divus Severus testatur, Cuspio  
Rufino in hac verba rescribens: *Omnem me rationem adhibere*  
*subveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere*  
*omnibus volo in L. 2. §. 2. ff. Qvi pet. tut. vel curat.* Non  
minus hujus curæ rationem habuisse Imperatorem Justinianum  
patescit ex *Nov. 72. præf. Nov. 118. cap. 5. Nov. 123.*  
*cap. 5. Nov. 155.* Et Germaniae Constitutionibus cautum  
Reformat. Polit. de An. 1548. tit. 31. §. 1. E 1577. tit. 32. §. 1.  
Wenn aber nun den Obrigkeitzen zustehet / in dem gebühr-  
lich und billig Einsehens zu halten / damit die Pupillen und  
minder-jährigen Kinder unbetrogen und unvernachtheilet  
blei-

... en. In quæ respiciens Zafius JCrus dixisse fertur : au-  
reis Litteris scribi, & publicè pro rostris affigi debere, quidquid  
usquam de re pupillari scriptum extet : apud Obrecht, de Pa-  
trocin. Pupill. th. II.

IV. Evidem non ex hoc fine ad magistratus officium tu-  
telæ orphanorum pertinet, ut ipse pupillum, quæ educandus,  
curet, & administrationem bonorum ejus instituat. Ad has  
enim tutelæ partes sunt testamentarii tutores, vel legitimi,  
vel in subsidium à judice constituti. Sed magistratus tutela  
hoc præ cæteris habet, ut alios confirmet & constituat, illis  
suo consilio adfisstat, accuratam in eos semper inspectionem  
gerat, ac ad rationes reddendas illos adigat, atque ita pupil-  
lis prospiciat, ut per omnia saluti illorum consultum sit. Hinc  
in omnes alias tutelarum species magistratus functio se diffun-  
dit, easque regit, & sua eminentia antecellit. Qvare in civi-  
tate rectissimè quoqve supremus tutor der Ober-Bormund  
appellari potest Bachov. ad Wes. tit. de Tute. n. 4. Hahn ad  
Wes. d. t. n. 5. Ahasv. Fritsch de Peccat. Consul. & Senat. Concl.  
23. pr. B. Hoppe ad §. 5. f. de Suspect. tut. de quo nobis in-  
præsentiarum agendum erit.

V. Qvamvis verò alias tutores & curatores ratione objecti,  
ut & constitutionis & dissolutionis inter se differant, qvia  
tamen ratione juris & obligationis vel nulla vel modica inter  
eos differentia intercedit, non nobis vitio erit vertendum, si  
promiscuè tam pupillorum quam minorum curam sub nomi-  
ne Tutoris hic ad magistratum referamus. Et qvoniam mo-  
ribus foemini quoqve, ad integrandam earum personam, cu-  
rator dari solet ein Kriegischer Bormund / jus Culm. Lib 4.  
tit. 14. cap. II. qvi de jure neqve tutori neqve curatori compa-  
rari ootest. Vid. Dn. Henrich. Christ. Stryk de Interesse con-  
trou.

*trov. cap. 4. §. 18.* ad illas etiam tutelam magistratus extensam  
esse volumus.

VI. Ex eo, qvi jus dandi & confirmandi tutores alios ha-  
bet, concludere licet, ad illum qvoqve supremam tutelam  
spectare. Apud Romanos expeditum erat, non qvemlibet  
magistratum dare potuisse tutorem, sed illum tantum, cui  
hanc potestatem nominatim dederat vel lex, vel SCtum,  
vel Princeps *L. 6. §. 2. ff. de Tutel.* Et sic Romæ ex Lege At-  
tilia Prætor dare poterat tutorem cum majore parte Tribu-  
norum plebis, in provinciis vero Præsides Provinciarum ex  
Lege Juliæ & Titia *pr. f. de Atil. Tut.* Postea in hoc jure va-  
riatum, ut constat ex §. 3. *f. d. t.* & jure Justinianeo Præfектus  
urbi, Prætor, Præses, Pro-Consul, Præfектus Ægypti & Le-  
gatus Proconsulis hoc jus acceperunt §. 4. *f. d. t. L. pen. ff.*  
*de Offic. Procons. & Legati L. 2. pr. & §. 1. L. 5. 8. 27. ff. de tut.*  
*& cur. dat.* Magistratui municipali idem jus deinde commu-  
nicatum, si pupilli facultates qvingentos solidos non excede-  
rent §. 5. *f. d. t. L. 3. & 19. ff. de Tut. & cur. dat.*

VII. Hodie ab his legibus recessum, & jus dandi ac con-  
firmandi tutores omni magistratui, vi Jurisdictionis ordina-  
riæ, tribuitur, ut & qvi tantum Bassam, s. inferiorem Juris-  
dictionem habet, tutorem dare possit, qvia tutela ad causas  
civiles, qvas illa comprehendit, pertinet. Schilter. *in Pr. Jur.*  
*Rom. Exerc. 37. § 65.* Franzk lib. I. Resol. 16. n. 4. & Ref. 17.  
n. 7. Carpz. P. 2 Const. 15. def. 26. Principem autem ipsum  
tutorem dare posse, et si pupillus immediatè ipsi subjectus non  
est, dubium non habet, qvia pupillis, aliisq; miserabilibus per-  
sonis concessum, omissâ p. mā instantiâ, statim ad ejus Tri-  
bunal provocare *L. un. c. Qvand. Imp. int. pupill.*

VIII. In Germâa Jus hoc summis Principum tribunalili-

bus tribuitur Sam. Stryk in Uſu mod. ff. tit. de Tut. & Cur. dar. §. 7. seq. Klock Tom. 1. Confil. 6. n. 92. seqq. Knipschild, defur. & Privil. Civit. Imp. Lib. 5. cap. 17. n. 2. In civitatibus municipalibus quandoque peculiaria judicia tutelaria Wormundschaffts-Gerichte constituta sunt, quibus Praefecti dicuntur die Wöhnen-Herren / & ab illis cura Orphanorum instituitur. Ubi talia non reperiuntur, Senatus, in agris vero nobiles, vel praefecti, qui Jurisdictionem ibi exercent, istud superium tutorum officium expediunt. Stryk d. l. S. 2. & 10.

IX. In Scotia & Anglia omnium pupillorum illustri & equestri sanguine natorum tutor est ipse Rex, qui interim redditus & vestigalia pupillorum usque ad 21. aetatis annum in fiscum cogit, nec obnoxius est rationibus, modo è familia dignitate pupilos alat, & bona farta testa conservet, nec somorem imminuat. Knipschild d. l. lib. 2. cap. 16. n. 110. seq. In Polonia datio Tutoris spectat ad judicium Castrense, mente captis dat tutores Serenissimus Rex. In Borussia nostra à judicio Terrestri constituuntur Zalaszowski Tom. 2 Fur. Regni Pol. Lib. 2. Tit. 17. art. I. p. 239. seq. Jure Culmensi deficiente testamento & legitimo tutele dativum constituit Senatus aut alias loci ordinarius magistratus Jus Culm. Lib. 4 tit. 14. cap. 1. & 6.

X. Officium supremi Tutoris requirit, ut omnia penso consilio ad utilitatem curandorum dirigat. Cavendum ut, non nisi fideles & idonei, ad administrandam tutelam eligantur, et si hoc contra testatoris dispositionem fiat L. 10. ff. de Conf. tut. Ad administrationem vocati statim sunt confirmandi, ut liberè possint apprehendere possessionem administrationis tutela, & quidem hodie aequve distinctione, an datio eorum ipso jure valeat, an defectu quo laboret. Lauterb. Coll. Pr. tit. de admin. & peric. tut. §. 7. Sec. iv. in Jurispr. Rom. Germ.

*Germ. Lib. 1. tit. 16. §. 4. Et tit. 17. §. 7.* Sicubi juramenti præstatio recepta de fideli pupilli defensione & bonorum ejus administratione; ut & si qvo in casu opus est tutoris satisdatione, magistratus eum ad hoc officium adstringere tenetur Franzk ad Inst. tit. de Attil. Tut. §. ult. n. 6. seqq. vid. Mev. ad F. Lub. Lib. 1. tit. 7. art. 2. n. 48. seqq. Cumqve inventarium sit fundamentum rationum reddendarum §. fin. J. de Attil. tut. infr. §. 13. etiam curabit ut illud ritè & ex fide fiat L. 24. C. de admin. tut. Stryk d. Tr. tit. de admin. Et per. tut. §. 12. seqq.

XI. His pœactis, qvæ ad gerendam tutelam præmittenda, ut suscepta deinde rectè administretur, magistratus est prospicere. Administratio ista vel personam pupilli concernit, vel ejus bona. Persona pupilli debet rectè educari, qvæ educatio habitationem, alimenta, morum & liberalium artium institutionem comprehendit. tt. ff. Et C. ubi pup. educ. L. ult. ff. de alim. leg. L. 2. C. de alim. pup. præst. Si circa educationem pater nihil in testamento disposuit, magistratus, auditis proximioribus pupilli, eam definit L. 1. §. 1. ff. Ubi pup. educ. deb. & id præcipuè agere debet, ut sine suspicione insidiarum pudicitia impuberis L. 5. ff. d. t. vel sperata successio-  
nis pupillus educetur d. L. 1. §. 1. L. 2. C. eod. Matri autem videtur præcipuè educatio committenda, etiamsi vitricum superinduxerit L. 1. C. d. t. L. 11. C. Comm. utriusque jud. A. F. Maul de Tutel. Tit. 13. Franzk d. l. n. 19. Zœl. ad ff. d. t. n. 2. vid. Exerc. Sabb. 9. Part. prior. §. 6. dummodo non impudicè vivat. Nam tali ne qvidem illegitimæ sobolis, nisi vitam mutaverit, educatio conceditur Joh. Voet. Comm. ff. d. t. §. 1. Joh. à Sande Decis. Frisic. lib. 2. tit. 8. def. 1. Pro corpore qvoqve im-  
puberum curat magistratus, ut illis alimenta decernantut, pro modo facultatum pupillarium, ita tamen ne universum

patri-

patrimonium impendatur, sed semper aliquid ex reditu superfit L. 2. § 3. ff. cod. Tabor. Dccis. 9. n. 12. seqq. Montan. de Tutel c. 32. n. 224. vid. Voet. d. l. §. 2. Ad curam animi spectat, ut pupillus in moribus & liberalibus studiis, aut alio honesto vita genere, maximè vero in cultu religionis Christianæ educetur L. 12. §. 2. ff. de admin. § per. tut. & eo nomine mercedes Praeceptoribus præstentur, non quas minimas tutor poterit, sed pro facultate patrimonii & dignitate natalium d. L. 12. §. 3. Stryk iu. Caut. Contr. Sect. 3. cap. 2. §. 10.

XII. Bonorum pupillarium administratio potissimum tria requirit I. ut conserventur II. augeantur & III. rectè dispensentur, de quibus omnibus fusius vid. Franzk d. l. n. 28. seqq. Obrecht. c. l. n. 450. seqq. Ad augmentum bonorum spectat quoque ut pecunia ex fructibus redacta utiliter impendatur L. 27. ff. de hered. pet. L. 3. §. 3. ff. de Contr. tut. act. hinc & in cambia collocetur, apud camporem publicè approbatum Monnoz de Escobar de Ratiocin. admin. cap. 14. n. 15. seqq. Cum dispensatio bonorum contineat quoque eorum alienationem, non qualiacunque tutori alienare licebit, sed tantum quæ servando servari nequeunt, & quorum custodia damnsa est L. 22. ff. de Adm. tut. Immobilia alienari non possunt, nisi ob urgens æ alienum, & interveniente decreto Magistratus L. 1. ff. de reb. eor. quæ sub. tut. tt. C. de Præd. § al. reb. minor. Zalaszowski d. l. art. 6.

XIII. Qvod in omnibus his tutor bona fide versatus sit, rationes ab eo reddenda sunt, per inventarii exhibitionem, rationum computationem ac justificationem, & residuorum restitutionem L. 82. § 111. ff. de Cond. § dem. Hunc in finem, ut sint qui rationes tutorum examinent, magistratus ex officio commissarios constituit Mev. P. 2. Dec. 123. Jure Civili qui dem

dem ad rationes reddendas tutor demum finita tutela terietur  
§. fin. f. de Attil. Tut. L. 4. pr. ff. de tut. & rat. disfr. & absurdum esse dicit JCtus, à tute reponscere administrationis rationem, in qua adhuc perseverat L. 9. §. 4. ff. d. t. Sed qvoniā hoc ipsum in detrimentum pupillorum cederet, eoqvod tutores diutius grassandi facultatem in re pupillari acciperent, Jure Canonico constitutum Clem. 2. §. 1. de relig. domib. & pragmatica Imp. Germ. sanctione cautum per Reform. Pol. de A. 1548. Rubr. von Pupillen Ordin. Polit. de An. 1577. tit. 32. ac Praxi multorum locorum receptum est, ut singulis annis gestorum ab illis reddantur rationes, ut fides & diligentia eorum acuatur, si intelligent, cito patefactum iri, si qvid in pernitiem pupilli commiserint vel omiserint. Ritterschus ad Nov. P. 8. cap. 9. n. 8. Hoppe ad §. 7. f. de Attil. Tut. in U. H. Zalaszowski d. tit. 17. art. 9.

XIV. Ipse Tutor, si ab officiis sui partibus recesserit, reus fit injuriarum & damni pupilli, ejusque delictum pro enormi & quasi publico reputatur §. 3. f. & L. 1. §. 2. ff. de Suspect. tut. sive imminuit patrimonium pupilli, sive bona ejus ad se rapuit Escobar d. l. cap. 14. n. 22. aut pecuniam in proprios usus convertit, sive personam pupilli ob spem successionis, aut ut diutius substantia ejus uteretur, ab honesto matrimonio impedivit, vel ad excolenda studia idoneum & ad ea sumptibus satis instructum ab illis abstraxit, adqve nullam honestam artem ad discendam eum adduxit, sed in otio vivere permisit, sive alia ratione nocuit vid. Fritsch de Tutor. & Curat. peccat Concl. 5. 6. 7. 12. 16. & 17.

XV. Qvo ergo eo facilius ejus nomine accusari poscit, qvilibet admittitur, qvi eum suspectum facere vult §. 3. f. de Susp. tut. velut contutor L. 3. pr. L. 5. ff. d. t. extraneus L. 6. inf. C. d. t.

a. r. & prætermorem accusationis cœmina d. §. 3. non tantum  
qvæ pupillo necessitudinis vinculo juncta est, verum etiam  
qvævis alia, qvam modo commendat pietas & verecundia, ut  
nutrix d. §. 3. & ibi Vinn. Adulti qvocve & minores ex consi-  
lio propinquorum suos curatores suspectos postulare queunt,  
qvia jam stabile & firmum est eorum judicium, ex qvo nihil  
per metum aut dolum agere præsumuntur §. 4. f. d. t. §. 1. f.  
*Qvib. non est permitt fac. test.*

XVI. Magistratus, ut tutor supremus, non minus injuriarum in miserabiles personas reus fit, si contra istas illis non fuerit auxilio. Ad eum enim pro vindicando læso accusantes inferiores confugiunt, qvi ea potestate est, qvod possit satisfactionem læso faciendam à lœdente extorquere. Unde officium ejus postulat, ut querelas super injurias tutorum moveat, & afflictis firmum præsidium contra illas exhibeat. Mev. ad Jus Lubec. d. l. n. 55. Qvod officium impertiendum, etiamsi nemo malè administrantem tutorem in suspicionem deducat L. 3. §. 4. ff. de Suspect. tut. Jus Culm. d. t. 14. cap. 6. Nam pupillorum tutela ad publicam curam pertinet L. 2. § 2. ff. Qui pet. tut. & tutores malè administrantes homines mali & facinorosi sunt, à qvibus provinciam purgare magistratui convenit, L. Congruit. 13. ff. de Offic. Pref. Maul de Tutel. & Tutor. tit. 17. p. 697.

XVII. Divites an pauperes sint orphani, nihil moratur istud officium, nam etiam divites hominum injuriæ sunt exposti, & qvamvis non actu, habitu tamen miserabiles personæ sunt Knipschild. d. l. Lib. 5. cap. 24. n. 6. Tabor Decis. 150. n. 23. Idcirco etiam divires pupilli statim ad Principis consistorium admittendi & contra illatam injuriam defendendi sunt. L. un. C. Quand. Imp. inter pup. Gail I. O. 1. n. 40. Gabriel Alvarez de Velasco de Privil. paup. & miserab. perf. P. 2. qu. 3. n. 29. Lyncker de

*de Gravamine extrajud. cap. 5. Sect. 2. §. 13. n. 6.* Ad orphanos pauperes  
tamen hoc imprimis officium pertinet, ut pro illis quoad sustentationem  
& educationem à magistratu cura publica suscipiantur. Qvorum gratia in  
benè constitutis Rebuspublicis Orphanotrophia Wäysen- oder Kinder-  
Häuser constituta sunt L. 32. C. de Episc. & Cler. Voet. ad ff. tis. de Agnoſe.  
& al. liber. §. 12. Knipschild. d. cap. 24. n. 18. Qvod institutum laudandum  
est, & laudat de Civitate Gedanensi B. Hopp. ad §. 10. f. de Sufcept. tur.

XVIII. Ex dictis liquet, non leves aut desultoriam operam circa tutelam  
orphanorum esse à magistratu obeundas partes, sed satis magnas, à qui-  
bus omnis illorum & ipsius reipublicæ salus dependet, *supra* §. 2. Sæpe  
tamen fit, qvod nihil minus quam illæ curentur. Nemo administrantes  
tutores ad fidelem orphanorum tutelam admonet; nemo de gestis ad ra-  
tiones reddendas eos evocat; in neminem pœnæ perfidorum statuuntur,  
quin ignorantæ & abolitæ illæ videntur, ut & si tutor ob manifestum dolum  
pœna à lege statuta puniendus esset, crederetur, cum injuria ejus id fieri.  
Illustrat hoc, qvod apud Mengeringum *de Scrutin. conc. cap. ii. qu. 118.*  
legitur, his verbis: Ich bin einmahl zu N. an eines vornehmen redlichen Mans-  
nes Tische gewesen, in Beylein guter Leute, Geist- und Weltl. Standes, da kam  
man unter andern von Vermundschafften zu reden, und ward dieser Locus com-  
munis mit einem solchen Epiphonemate beschlossen: Ich halte nicht, daß an ei-  
nem unter der Sonnen unmyndige Kinder übler dran seyn, als hiesiges Ortsre.  
Ich erstarrete fast über solche Worte, möchte aber nicht ad speciem Nachfrage  
haben. Interim pupillus solium fit tutoris sui, parta ipsi per patrem pro in-  
strumento Luxus sui tutori cedunt, vel ipsi sunt iniqva accessio nullius justæ  
rei principalis, non sine gemitu orphani & rujna ejus in hac vita fortunæ.

XIX. Jure Civili contra magistratum, qvæ non idoneæ curavit caveri  
impuberibus, vel omnino rutorum non dedit, vel notoriæ suspectum ab  
officio non removit, datur actio subsidiaria, ut, excusis tutoribus eorum,  
que heredibus & fidejussoribus, in quantum pupillo ab his nondum satis-  
factum est, illi præster, qvod ejus culpâ damnum in eum redundavit §. 2.  
*f. de Satisd. tut. L. 1. §. 6. n. 15. ff. de Magistr. Conv. L. 1. §. 10. in f. ff. de  
Tut. & rat. disbrab. L. 40. §. pen. ff. de admin. Tut.* Qvæ actio nec hodie  
abrogata est, cum ad officium impuberibus benè proficiendi adhuc hodie  
magistratus obligati sint, testantibus Carpzovio P. 2. C. 11. def. 41. Berlich  
P. 2. Concl. 29. n. 79. seqq. Brunn. ad L. 1. C. de Magistr. conv. n. 2. Knip-  
schild. d. Tr. 1. 5. c. 17. n. 20. Schilter in Pr. Jur. Rom. Exerc. 37. §. 20. Struv.

Ex.

*Ex. 38. n. 81. ut & contra Tutores Electores, Principesque Imperii ex pa-  
ritate rationis, eam locum habere posse statuat Pühel de Tuteb. Elec. c.  
12. n. 70.*

**XX.** Difficile evidem est, ihs suum contra magistratum execvi,  
qui poterent, & in tali statu, quod alterum terrere, premere & opprimere  
possit arg. L. 1. C. Ne liceat potentior. Nam potentia facit, quod minus quis  
idoneè conveniri queat, & durior reddatur adversarius. Marcus Antoni  
Natta Tom. 3. Conf. 491. n. 6. Hinc semper potentior exactionem cum in-  
juria & oppressione alterius impedire censetur L. 6. §. 2. ff. de Offic. Prae-  
Decianus Vol. 2. Rep. 39. n. 117. Quod maximè de Principe & supremo  
magistratu dici potest, qui supra leges est, & legibus coerceri nequit Gu-  
glielmus Dunozetus Dec. 232. n. 6. Non tamen obstantibus hisce, qui suæ  
conscientiæ consultum cupit, verum esse, quod dictum, deprehendet,  
in ipso erga pupillum obligationem manere jure naturæ fundatam, à qua-  
nisi satisfecerit eidem, salva conscientia se liberare nequit.

**XXI.** Penitus tamen contempta ista obligatione, recursus ad omnium  
supremum tutorem, qui DEUS est, & orphanorum vindicta *supr. §. 1.* læsio  
salvus manet. In cuius oculis quam enorme peccatum sit læsio eorum,  
verbis exprimam Arnoldi im wahren Christenthum altes Testaments  
p. 326. seq. satis gravibus, ubi dicit: Nicht weniger ist alles unrecht, Gewalt  
und Lust, so wieder schwache, geringe und wehrlose Personen geübt wird, son-  
derlich wieder Wittwen und Wäysen, eine gen Himmel schrevende Sünde,  
die nichts als Zorn und Fluch über ihre Urheber bringen mag. Denn so spricht  
der Herr selber 2. B. Mos. XXII. 23. Ihr sollt keine Wittwen und  
Wäysen beleydigen, wirst du sie beleydigen, so werden sie zu mir  
schreyen, und ich werde ihr Schreyen hören, so wird mein Zorn er-  
grimmen, daß ich euch mit dem Schwert tödte. Denn in solchen  
Sünden allen herrscht die äußerste Bosheit und Frechheit der Natur so gar of-  
fenbahr, daß sie sich eben darmit am meisten darlegt und aussert —  
Und freylich beweget solche ungezähmte Verwegenheit Gottes Zorn am aller-  
meisten, weil darinnen die rechte Kraft des Bösewichts besteht, daß dem  
Schöpffer alles zum Verdrüß, zum Hohn und Trost gehan wird. Solch  
ein Frevel hat ohnstreitig seine tiefe Würkung, die Rache Gottes  
zu erwecken, und über solche Sünder zu bringen. Add.  
Fritsch. Tr. de Consul. & Senator. peccat.

Concl. 8. §. 23.



**ULB Halle**  
002 178 486

3



56







B.I.G.

Q. D. B. V.  
DE  
**SUPREMO OR-  
PHANORVM TVTORE,**  
Vom  
**Über = Normund.** 1722, 1.  
Occasione  
Nov. 72. prefat.  
**EXERCITATIO SABBATHINA XII.**  
Partis Posterioris  
Quam  
SUB PRÆSIDIO  
**DN. SAMUELIS FRIDERICI**  
**WIELENBEN,**  
Doct. & Prof.  
IN ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO  
ORDINARIO,  
D. XVIII. April. MDCCXXII. Hora XI.  
Instituent  
RESPONDENS  
**JOHANN HIERONYM. BROEN, Ged.**  
ET OPPONENTES  
**CHRISTIAN HARTMANN Schröder / Ged.**  
**JOHANN. CHRISTIANUS Zetlaff / Trept. Pom.**

---

**GEDANI, Typis JOHANNIS DANIELIS STOLLII,**  
SENATUS ET ATHENÆI TYPGRAPHI.